

## C A P U T V.

6 Et cum hoc fecisset concluserūt  
piscium multitudinem magnā: di-  
rumpebatur autem rete eorum.

7 Et innuerunt sociis, qui erant in  
altero nauigio, ut venirent & ipli-  
s opitularentur. venerunt igitur &  
impleuerunt ambas naues, ita ut  
mergerentur.

8 Quād autē hæc vidisset Simon  
Petrus, accidit ad genua Iesu dicēs,  
discede à me, nam homo peccator  
sum Domine.

9 Pauorem̄ occuparat eum, &  
omnes qui cum eo erant super ca-  
ptura pīscium, quam comprehēde-  
rant.

10 Similiter autem & Iacobum &  
Iohannē, filios Zebedæi, qui erant  
socii Simoni. Tunc ait ad Simonem  
Iesus, ne time, ab hoc tempore ho-  
mines viuos capies.

11 Illi autem cum subduxissent in  
terram nauigia, relictis omnibus  
sequuti sunt eum.

12 Et factum est, cum esset in qua-  
dam vrbe, tum ecce adfuit quidam  
plenus lepra: ac viso Iesu procidens  
in faciem, rogauit eum dicens: Do-  
mine, si velis potes me purgare.

13 Iesus autem extensa manu teti-  
git eum dicens: volo purgator, &  
statim lepta abiit ab eo.

14 Ipse vero præcepit ei, ut nulli hoc  
diceret: sed vade (inquit) ostende  
te ipsum sacerdoti & offer pro pur-  
gatione tui prout præcepit Moses  
(ut hoc sit) eis testimonio.

## Ratio ordinis.

*Particula ecce, in Matthæo, non  
enincit leprosum naturaliter sequi ad  
præcedentia quia non est ordinis: sed  
potius nonitatis. Ratio autem ordinis  
in Matthæo indicatur in Harmonia  
huius defensione generali. Quare lon-  
ge falluntur, qui volunt hunc leprosum  
alium esse ab illo qui Marc. 1. & Luc.  
5. narratur. ponitur etiam hic leprosus  
in Matthæo naturaliter, quoniam ita  
sequitur ad v. 24. cap. 4. Nam inter-  
iecta omnia sunt vel recapitulata vel  
anticipata.*